

P E T R U S V R S E O L U⁴⁷S D U X XXIII.

Creatus Anno 976. Obiit Anno 977.

V E T V S I N S C R I P T I O .

*Ecclesiam S. Marci prius edificavi: deinde Monachus factus
miracula plurima egi.*

XXIII



Per rogum ad regnum ascendit Vrseolus. Igne ad solius Candiani Ducis perniciem immisso, cum Ducarium, Vrbis Templa, tercentaque privatorum domus conflagrassent: Ducarium, Templum suo sumptu magnificentius restituit; jure, vel iniuria corruptum? incertum. E Celo forsan demissæ faces, quæ tyrannie Vrbem purgarent. Invitus ad sedem rapitur, fluctum timens popularem, in quo rarus Innocentiae locus. Religione tamen colligavit, jura mento exacto, quod omnes solummodo Republicam procurarent. Afflictæ urbi Princeps datus patrem gessit, ex cinere adhuc fumante ædes excitans marmoreas, & Templum Aureum; cum quo & sæculum reformatum moribus aureis, subditis